

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Ianus biformis & puerus? & vabal cū patre? ante
tot capita inter se se tam contraria ac dissimilia? Quid ad haec
Janus bifrons? Quid Geryon triceps? Quid Cerberus trifrons, Fa-

bulæ sunt Poetarum, & iocosa figmenta, At septiceps cucullus
Imo cucullatus Draco iste noster, nimium vere ac serio septem
capitibus Germaniam confundit, Quis antea vidit queso tale usq
porrentum? Mirum quid est, & super omnem sensum atque intellectum

sublime ac venerabile, qd in una Deitate sunt tres, & hi tres unum
sunt, unum in substantia, tres in personis, At in uno unius Lutheri
cucullo sunt septem, & hi septem non modo unum sunt in substan-
tia, sed & unus in persona, Mira profecto Theologia, non mo-

dus Iudeis & Gentibus, sed & Christianis prius inaudita, In ve-
teri Christianismo multitudinis credentium erat cor unus, & ani-
ma una, In novo autem Evangelio dissecatur cor, & caro una in
corda & capita multa, ut non solum diversi, diversa sentiant, sed
& unus arroget sibi sensus & capita multa, Nos quidem breui-
ter septem elicimus, quia invite ac graui cum tardio naufragi
Lutheri libros legimus ac reuoluimus, non solu qd animo no-
stro contrarij sunt, sed qd in quaternisibus disiecti facient, absq
colligatione, quotquot habemus (non autem habemus omnes)
Quia eo honore nunquam apud nos digni erat, ut inter caeteros li-

books stent compacti, Si quis ergo plura desideret in eis siue
monstra, siue capita, modo excutiat ac perlustretur paulo diligenter,
inueniet procul dubio multo mirabilia, & ea quidem
usq adeo absurdia, impia, blasphemata, ut homo plus ac timora-
tus, neq lingua eloqui, neq mente cogitare sustineat, Nobis
septem in ipsis capita internolcere, satis superq fuerit, Prodierunt
Itaque omnes isti fratres ex uno unius cuculli vetero, sed partu ita
monstroso, ut neque moribus, neque forma, nec facie, nec habitu
alter alteri similis existat, Seniores tamen fratres, Doctor & Mar-
tinus, proprius caeteris ad Ecclesiæ sensum accedunt, eisq præ
caeteris credendū est, siquid usq Luthericis libris secure per oīa
credi potest. Lutherus autem iuxta gentile nomen suum, im-
probe, Ismaelis instar, ludit, Ecclesiastes plebi nouarum rerum cupi-
de placentia dicit. Suermerus furiose vagat & errat, in modum
Phaetonis, toto coelo. Barrabas ad vim & seditionem ubiq spe-
ciat, Visitator autem noua mitra insulatus, nouum ambiens Pas-
patum, nouas prescribit ceremonias, leges, multasq veterum, qd
aboluerat, reuocat, renouat, reducit. Hec est summa huius libelli nr̄

Tu quoque